

## CAPUT IX.

(a) **E**T post dies sex assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. Et vestimenta ejus facta sunt splendida, & candida nimis velut nix, qualia sullo non potest saper terram candida facere. Et apparuit illis Elias cum Moysse, & erant loquentes cum Jesu. Et respondens Petrus ait Jesu: Rabbi, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Eliae unum. Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos, & venit vox de nube dicens: Hic est Filius meus carissimus; audite illum. Et statim circumspicientes, neminem amplius viderunt nisi Jesum tantum secum.

(b) Et descendit illis de monte præcepit illis ne cuiquam quæ vidissent, narrent nisi cum Filio hominis à mortuis resurrexerit: & verbum continuerunt apud se, conquientes quid esset, cum à mortuis surrexerit. Et interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt pharisæi, & scribæ, quia Eliam oportet venire primum? Qui respondens ait illis: Elias cum venerit primo, restituet omnia: & quomodo scriptum est in Filium hominis, ut multa patiar, & contemnatur. Sed dico vobis, quia & Elias venit, & fecerunt illi quæcumque voluerunt sicut scriptum est de eo.

(c) Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & scribas conquientes cum illis. Et confestim omnis populus videns Jesum, stupefactus est, & expaverunt, & accurrentes salutabant eum. Et interrogavit eos: Quid inter vos conquiritis? Et respondens unus de turba dixit: Magister, artuli filium meum ad te habentem spiritum mutum, qui ubicumque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arefcit. Et dixi discipulis tuis ut ejicerent illum; & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero; quamdiu vos pariat? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum, statim spiritus conturbavit illum; & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogavit patrem ejus: Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: & frequenter eum in ignem, & in aquam misit, ut eum perderet. Sed si quid potes, adjuva nos, miseris nostri. Jesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis aiebat: Credo, Domine: adjuva incredulitatem meam. Et cum vidisset Jesus concurrentem turbam, comminatus est spiritu immanedo, dicens illi: Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus; ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Jesus autem tenens manum ejus elevavit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli ejus secreto interrogabant eum: Quare nos non potuimus ejicere? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & jejunio.

(d) Et inde profecti prætergredebantur Galilæam: nec volebat quemquam scire: docebat autem discipulos suos, & dicebat illis, quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum, & occidetur eum; & occisus, tertia die resurget. At illi ignorabant verbum, & timebant interrogare eum. Et venerunt Capharnaum. Qui cum domi essent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis? At illi tacebant: siquidem in via inter se disputaverant quis eorum major esset. Et residens vocavit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus, & omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum; quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis unum ex hujusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit; & quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui misit me.

(e) Respondit illi Joannes dicens: Magister, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia qui non sequitur nos, & prohibuimus eum. Jesus autem ait: Nolite prohibere eum: nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me: qui enim non est adversum vos, pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis non perdet mercedem suam; & quisquis scandalizaverit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo ejus, & in mare mitteretur.

Et

## CAPUT IX.

511

(f) Et si scandalizaverit te manus tua, ascinde illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, ejice illum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habens emitti in gehennam ignis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur. Bonum est sal. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condieris? Habere in vobis sal, & pacem habere inter vos.

(a) **H**eronymus (Marc. 9. in princ. Com.)

Post consummationem crucis, gloria resurrectionis ostenditur, ut non timerent opprobria crucis qui oculis suis visuri erant gloriam resurrectionis futuræ: unde dicitur: Et post dies sex assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem, & duxit illos in montem excelsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. Chryso- stomus (a) (hom. 10. in Marc. & 57. in Matth.) Quod autem Lucas dicit post octo dies, non contrariatur huic: Lucas enim & diem quo Christus prædicta locutus fuerat, & diem in quo eos assumpsit, numeravit. Ideo autem post sex dies eos assumpsit, ut vehementiori repleti desiderio in horum dierum spatio vigilanti, & sollicitamente, ea quæ videbant attendere. Theophylactus (circa princ. Com.) Assumit autem tres veritatis Apostolorum, Petrum tamquam confidentem, & diligentem, Joannem tamquam dilectum, Jacobum vero tamquam altivocum, & Theologum. In tantum enim gravis erat Judæis ut Herodes volens Judæis placere, ipsum occiderit. Chryso- stomus. Non autem in domo suam gloriam demonstrat, sed in montem excelsum illos assumit: quoniam montis sublimitas conveniens erat ad gloriæ sublimitatem ostendam. Theophylactus (paulo à princ. Comm. in cap. 9. Seorsum autem eos ducit, quia debebat eis mysteria revelare. Transfigurationem autem oportet intelligere, non figuræ immutationem, sed quia, manente ut prius erat figura, appositio facta est cujusdam inenarrabilis claritatis. Chryso- stomus. Neque ergo decet aliquam figuræ transformationem in regno Dei esse futuram aut circa ipsum Salvatorem, aut circa eos (1) qui assimilabuntur, sed appositionem claritatis. Beda (cap. 37. super Et transfiguratus est.) Transfiguratus igitur Salvator, non substantiam veræ carnis amisit, sed gloriam futuræ, vel suæ, vel nostræ resurrectionis ostendit.

dit: qui qualis tunc Apostolis apparuit, talis post judicium cunctis apparebit electis. Sequitur: Et vestimenta ejus facta sunt splendida. Gregorius 32. Moral. (v) Quia in supernæ claritatis culmine ei vitæ justitiæ fulgentes adhærebant: vestium enim nomine justos, quos sibi adjungit, insinuat. Sequitur: Et apparuit illis Elias cum Moysse, & erant loquentes cum Jesu. Chryso- stomus (hom. 57. in Matth. super 7. Et transfiguratus, 11.) Moysen, & Eliam in medio intro- ducit: primo quidem quia turbæ dicebant Christum Eliam, aut unum Prophetarum. Apostolis se cum eis ostendit, ut differentiam se- vorum, & Domini cererent: & etiam quia de transgressione legis Judæi Christum accusabant, & blasphemam eum putabant, tamquam sibi gloriam Patris attribuissent, eos qui in utroque fulserunt, in medium ducit: etenim Moyses legem dedit, & Elias gloria Dei zelator fuit: unde ei non assiluerent, si Deo, & legi ejus (2) contrarius esset. Et ut scirent quod vitæ potestatem, & mortis habet, propter hoc & Moysen, qui mortuus erat, & Eliam qui nondum mortem passus fuerat, in medium intro- ducit. Item per hoc significavit quod doctrinæ legis Christi Prophetarum doctrinæ pædagogus fuit. Significat etiam conjunctionem novi, & veteris testamenti, & quoniam in resurrectione cum Prophetis Apostoli conjunguntur, & una erit obviatio Regi communi.

Sequitur: Et respondens Petrus ait Jesu: Rabbi, bonum est nos hic esse: & faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum. Beda (cap. 37. à med.) Si tantum transfigurata Christi humanitas, duorumque (3) societates sanctorum ad punctum visæ delectat, ut eos ne discedant etiam obsequio Petrus sistere velit; quanta erit felicitas visioni deitatis inter Angelorum choros adesse perpetuo? Sequitur:

(1) P. Nicolai legit qui claritati ejus assimilabuntur. (2) Al. contrarii essent. (3) Al. so- cietas ad punctum visæ delectat. Ex edit. P. Nicol. (a) Quod ex Chryso- stomo subiungitur, habet Victor Antiochenus ubi supra. (b) Cap. 6. vel in antiq. codd. cap. 5. super illud Job 40. Circumda tibi decorem, & speciosius induere vestibus.

*Non enim sciebat quid diceret.* Et si enim Petrus præ stupore humane fragilitatis nesciat quid dicit, insit tamen sibi dat affectus iudicium: nesciebat enim quid diceret, quia oblitus est regnum sanctorum à Domino non alicubi terrarum, sed in caelis esse promissum; nec recordatus est se fuisse Coepulos mortali adhuc carne circumseptos immortalis vitae statum subire non posse, cui etiam mente exceperat quia in domo Patris quæ in caelis est, domus manufacta necessaria non sit. Sed & usque nunc imperitiæ notatur quisquis legi, Prophetis, & Evangelio tria tabernacula facere cupit, cum hæc ab invicem nullatenus valeant separari. *Chrysostr. (a)* Non etiam intellexit Petrus quod ad demonstrationem veræ gloriæ transfigurationem Dominus est operatus; neque quod propter doctrinam hominum hoc faciebat: nam plurimi erant relicturi multitudinem, in eremo habitantes.

Sequitur: *Erant enim timore exterriti.* Erat autem hic timor secundum quem de communi mente in statum elevabatur meliorem: quod enim in exterioribus videbatur, Moyses, & Elias erat. Ducebatur autem anima ad quendam divinum affectum, quasi ex divina visione ab humano sensu abstracta. *Theophylactus* (super *Bonum est nos hic esse*). Vel aliter. Petrus timens à monte descendere, quia jam præsenferat quod Christus crucifigi debebat, dixit: *Bonum est nos hic esse*; & non illuc descendere; in medium scilicet Judæorum. Si autem huc venient furentes contra te, habemus Moysen qui Aegyptios debellavit, habemus & Eliam, qui ignem eduxit de caelo, & quinquagenos destruxit. *Origenes* super Matth. (tract. 3. cir. med.) Marcus autem ex persona sua dicit: *Non enim sciebat quid diceret.* Ubi considerandum, ne forte per excessum mentis hoc loquebatur, motus quodam spiritu alieno, ne forte scilicet ille spiritus qui voluit, quantum ad se, Christum scandalizare, ut recederet à passione omnibus hominibus salutari, ipse operans etiam hic seductorie vult evellere Christum sub colore boni, ut non condescendat hominibus, nec veniat ad eos, nec suscipiat mortem pro eis. *Beda* (cap. 37. super *Facta est nubes*). Quia vero Petrus materiale quæsit tabernaculum, nubis accepit umbraculum: ut discat, in resurrectione non tegmine domorum, sed Spiritus Sancti gloria eos esse protegendos: unde sequitur: *Et facta est nubes obum-*

*brans eos.* Quia vero imprudenter interrogaverunt, propterea responsum Domini non mendentur; sed Pater respondet pro Filio: unde sequitur: *Et venit vox de nube dicens: Hic est Filius meus carissimus: ipsum audite.* *Chrysostr. (hom. 57. in Matth.)* A nube quidem vox emittitur, in qua Deus apparere consuevit, ut crederent quod vox illa ferretur à Deo. In hoc autem quod dicit, *Hic est Filius meus carissimus*, unam voluntatem Patri, & Filio præstat, & quod, salva filiatione, quantum ad omnia cum eo qui genuit unum (1) esset. *Beda* (cap. 37. à med.) Quem autem Moyses, cum venerit in carne, audiendum ab omni anima quæ salvari vellent prædixit, hunc jam venientem in carne, Deus Pater audiendum discipulis ostendit. Sequitur: *Et statim circumspicientes, neminem amplius viderunt nisi Jesum tantum secum.* Ubi enim coepit Filius designari, mox servi discesserunt, ne ad illos paterna vox emissæ præteretur. *Theophylactus* (inter prin. & med. Comm.) Mysticè autem post consummationem hujus sæculi, quod in sex diebus factum est, affumet nos Jesus, si ejus sumus discipuli, in montem excelsum, idest in caelum; & tunc videbimus ejus gloriæ singularem. *Beda* (cap. 37. super *Transfiguratus est*). Vestimenta autem Domini recte sancti ejus accipiuntur, qui novo candore fulgebunt. Fulso autem intelligendus est cui Psalmista loquitur *Plal. 50. II.* Amplius lava me ab iniquitate mea, & à delicto meo munda me: qui non potest suis fidelibus datè claritatem in terra, quæ eis conservata manet in caelis. *Remigius* super Matth. Vel per fullonem sancti designantur predicatorum, & animalium purgatores; quorum in hac vita nullus ita vivere valet ut alicujus peccati maculis non obfuscetur: in futura autem resurrectione sancti ab omni macula peccati purgantur. Tales ergo eos faciet Dominus quales (2) nec ipsi membra sua castigando, nec ullus predicatorum suo vel exemplo, vel doctrina facere potest. *Chrysostr. (b)* (homil. 10. super Marcum à med.) Vel vestimenta alba, evangelica sunt, & apostolica scripta, omnium clarissima, quibus similia nullus expositorum facere potest. *Origenes* super Matth. (tract. 3. par. ante med.) Vel forsitan fullones super terram possumus moraliter existimare sapientes sæculi hujus, qui putantur ornare etiam turpes intellectus, & dogmata falsa fullonice ingenii sui; sed illorum

ars

(1) *Al. esse.* (2) *Al. ne ipsi membra sua castiganda.*  
 Ex edit. P. Nicol. (a) Quod subditur ex Chrysostr. nullibi apud illum occurrit, ut nec apud alium quemquam: pro his autem sic tantum Chrysostr. Petrum præ metu mortis Christi ea verba dixisse, quia videbat solitudinem, & multam præsumebat à loco illo securitatem. (b) Hæc homilia sub Chrysostr. nomine circumfertur, sed ejus non est.

ars fullonica potest facere aliquid simile sermone, qui ostendit spiritualium intellectuum splendorem in dictis Scripturarum imperitiis, quæ à plurimis contemnantur. *Beda* (cap. 37. super *Apparuerunt Moyses, & Elias, quorum unum mortuum, & alium in caelis raptum legimus, futuram omnium sanctorum gloriam significant: qui videlicet tempore judicii vel vivi in carne reperiendi, vel ab olim gustata morte resuscitandi, & pariter sunt regnaturi cum illo.* *Theophylactus* (ubi supra.) Vel hoc significat, quia in gloria videbimus & legem, & Prophetas cum ipso loquentes; idest, quæ per eam fuerunt dicta per Moysen, & alios Prophetas, tunc videbimus esse consona rebus; & tunc audiemus vocem paternam, revelantem scilicet nobis Filium Patris, & dicentem, quoniam hic est Filius meus, obumbrante nube, idest Spiritu Sancto qui est sapientiæ fons. *Beda* (cap. 37. à med.) Et notandum, (1) quod sicut, Domino in Jordane baptizato, sic & in monte clarificato, totius sanctæ Trinitatis mysterium declaratur: quia gloriæ ejus quam in baptismo credentes confitemur, in resurrectione videntes colaudabimus. Nec frustra Spiritus Sanctus hic in lucida nube, illic apparuit in columba: quia qui nunc simplici corde fidem quam percepit servat, tunc luce apertæ visionis quod crediderat contemplantur. Cum autem fieret vox super Filium, inventus est ipse solus: quia cum manifestaverit ipsum electis, erit Deus omnia in omnibus; immo cum suis per omnia Christus, caput cum corpore, splendet.

(b) *Origenes* super Matth. (tract. 3. à med.) Post mysterium ostensum in monte, descendens de monte discipulis, præcepit ut ejus transfiguratio non manifestetur ante gloriam passionis, & resurrectionis ipsius: unde dicitur: *Et descendentibus illis de monte præcepit illis ne cuiquam quæ vidissent narrent, nisi cum Filius hominis à mortuis resurrexerit.* *Chrysostr. (homil. 52. in Matth. ante med.)* Ubi non simpliciter silere jubet; sed passionem insinuans, causam insinuat propter quam silere debebant. *Theophylactus* (super *Præcepit eis ne cui dicerent*). Ne scilicet homines scandalizentur, audientes de Christo tam gloriosa, qui eum crucifixum erant visuri. Non igitur erit congruum talia de Christo dicere antequam pateretur, post resurrectionem vero credibile videbatur. *Chrysostr. (a)* Illi vero resurrectionis mysterium ignorantes, ver-

S. Thom. Oper. Tom. VIII.

(1) *Al. deest* quod. (2) *Al. & in hoc.*  
 Ex edit. P. Nicol. (a) Immo potius Victor Antiochenus ubi supra; cui similia quoque Theophylactus habet. (b) Hoc opus non est Hieronymi, sed ipsi suppositum, ut alibi notatur.  
 (c) Quod iterum subiungitur ex Chrysostr. non occurrit.

bum quidem retinentes, invicem disputabant: unde sequitur: *Et verbum continuerunt apud se, conquientes quid esset, cum à mortuis resurrexerit.* *Hieronymus (b)* (circ. princ. Comment. ad cap. 9.) Hoc quod proprie Marci est, id significat quia cum abfora fuerit mors in victoria, non erunt in memoria priora.

Sequitur: *Et interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt pharisei, & scribae, quia Eliam oportet venire primum?* *Chrysostr. (c)* Intentio quidem discipulorum super hæc interrogatione talis mihi esse videtur: Nos quidem Eliam tecum vidimus, & prius te vidimus quam Eliam; scribae vero prius Eliam venire docent: credimus itaque eos mendacium protulisse. *Beda* (cap. 37. super *Quid dicunt pharisei, & scribae?*) Vel ita æstimabant discipuli transformationem gloriæ hanc esse quam in monte viderant, & dicunt: si jam venisti in gloria, quomodo præcurfor tuus non apparet? Maxime quia Eliam viderant recessisse. *Chrysostr. (hom. 53. in Matth.)* Quid autem ad hoc Christus responderit, apparet per hoc quod subditur: *Qui respondens ait: Elias cum venerit primo, restituet omnia.* In quo ostendit, quod Elias veniet ante secundum adventum. Scripturæ enim duos adventus Christi prænantiant; unum scilicet qui factus est, & alium qui venturus est. Dominus autem secundi adventus Eliam asserit præcurforem. *Beda* (cap. 37. paulo ante finem.) Restituet autem omnia, utique illa quæ Malachias ostendit dicens *cap. 4. II.* Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, ut convertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Restituet (2) etiam hoc quod morti debet, ac diu vivendo distulit. *Theophylactus* (super *Elias restituet omnia*). Proponit autem hæc Dominus ad resistendum opinionioni phariseorum, qui tenebant quod primi adventus præcurfor erat Elias; quasi ad inconveniens ducens: unde subdit: *Et quomodo scriptum est in Filium hominis, ut multa patiat, & contemnatur;* ac si dicat: Elias Thebites cum venerit, pacificabit Judæos, & ad fidem adducet ipsos, ita ut sit secundi adventus præcurfor. Si ergo primi adventus Elias est præcurfor, quomodo scriptum est, quod Filius hominis debet pati? Ex his ergo duobus unum erit aut quod non sit primi adventus Elias præcurfor, & Scripturæ erunt veræ; aut quod sit præcurfor primi adventus, & Scripturæ non erunt veræ, quæ dicunt, quod oportet Christum pati, cum Elias debeat omnia restitueret, & non de-

O 6

beat

beat esse Judæus aliquis incredulus; sed omnes credere debeant ad prædicationem ejus quicumque audient eum. *Beda* (cap. 37. par. ante finem.) Vel ita. *Et quomodo scriptum est?* id est quomodo de Christi passione multitudine Prophetæ multa scripserunt. Sed & Elias cum venerit, multa passus est, & contemnendus ab impiis. *Chrysoströmus* (hom. 58. in Matth. par. à prin.) Sicut autem Dominus secundi adventus Eliam asseruit præcursores, sic & consequenter asserit Joannem esse præcursores primi adventus; unde subdit: *Sed dico vobis, quia & Elias venit.* *Glossa*, (a) Joannem vocat Eliam, non quia Elias erat in persona, sed quia Eliæ ministerium adimplebat: sicut enim ille præcurfor erit secundi adventus, sic iste factus est primi. *Theophylactus* (super *Elias venit*). Erat etiam Joannes redargutor, & zelotes, & eremiita, ut Elias; non tamen audierunt illum sicut Eliam audientes, Nefario vero ludo eum occiderunt, caput illius amputantes: unde sequitur: *Et fecerunt illi quaecumque voluerunt, sicut scriptum est de eo.* *Chrysoströmus*. (b) Vel aliter. Interrogant discipuli Jesum: Quomodo scriptum est pati Filium hominis? Ad hoc autem quasi respondens dicit: Sicut ad similitudinem Eliæ Joannes venit, & ei mala intulerunt; sic secundum Scripturas oportet Filium hominis pati.

(c) *Theophylactus* (super *Et cum venisset ad discipulos*). Postquam gloriam suam, tribus discipulis in monte ostenderit, revertitur ad alios discipulos qui cum eo non ascenderant in montem: unde dicitur: *Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & scribas conquiritentes cum illis: Pharisei namque captantes horam, cum præsens non extiterat Christus, accesserunt ut ipsos ad se attraherent.* *Hieronymus* (ubi supra). Non est autem homini requies sub sole: semper parvulus occidit invidiam; magnos percipiunt fulgura montes; alii discentes cum fide, ut turbæ; alii invidentes cum fastu, ut scribæ, ad Ecclesiam conveniunt.

Sequitur: *Et confestim omnis populus videns Jesum, stupefactus est, & expaverunt.* *Beda* (cap. 38. in princ.) Notanda (1) in omnibus locis distantia mentis scribarum, & turbæ: scribæ enim nihil devotionis, fidei, humilitatis, & reverentia ei exhibuisse narrantur; sed veniente Domino mox omnis turba stupefacta expavit, eumque salutans accurrit: unde sequitur: *Et currens salutavit eum.* *Theophylactus* (circa med. Comm.) Affectabant enim turbæ eum videre, ita ut eum venientem à longe salutarent. Quidam vero di-

(1) *Al.* Notandum in omnibus locis distantiam &c. (2) *Al.* ipsius.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Prius ex Glossa notabatur, in qua nunc non est, sed apud Chrysoströmum. (b) Immo potius Victor Antiochenus ubi supra; nec tale quidquam in Chrysostrómo.

cunt, quod aspectus ejus ex transfiguratione speciosior factus, turbam ad salutationem ejus attraheret. *Hieronymus*. Populus autem videns stupefactus est, & expavit, non discipuli: quia non est timor in caritate; timor est servorum suspicere stultiorum. Sequitur: *Et interrogavit eos: Quid inter vos conquiritis? Quid scilicet Dominus interrogat? Ut confessio pariat salutem, & murmur cordis nostri sermonibus piis solvatur.* *Beda* (cap. 38. par. à prin.) Potest vero, nisi fallor, intelligi de hoc quætionem fuisse motam, quare ipsi, cum essent discipuli Salvatoris, sanare demoniacum qui in medio erat positus, non possent; quod ex sequentibus potest convinci, cum dicitur: *Et respondens unus de turba dixit: Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum.* *Chrysoströmus* (hom. 58. aliq. ante med.) Hunc hominem Scriptura infirmum in fide ostendit ex hoc quod. Christus dicit, *O generatio incredula, & per hoc quod subdit, Si potes credere.* Sed est infidelitas ejus occasio exierit demonem non pellendi, inquit tamen discipulos: unde subditur: *Et dixi discipulis tuis ut egerent illum, & non poterunt.* Vide autem (2) illius insipientiam. Jesum in medio turbam precatur, discipulos incusans: unde & Dominus coram plebe multo magis hoc ei imputat non solum in personam ejus accusationem intendens, sed in personam omnium Judæorum: probabile enim est multos præsentium scandalizatos, ea quæ non conveniebant de discipulis cogitasse: unde sequitur: *Qui eis respondens dixit: O generatio incredula, quomodo vos patiaris?* In quo ostendit, & mortem se desiderare, & grave ei esse cum illis conversari. *Beda*. Intantum autem non est homini iratus, sed vitio, ut statim intulerit: *Afferre illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum, statim spiritus concurbavit illum: & elisus in terram volutabatur spumans.* *Chrysoströmus* (hom. 58. in Matth.) Hoc autem Dominus permisit propter patrem pueri, ut eum vexantem dæmonem videret, ad fidem futuro miraculo traheretur. *Theophylactus* (à medio Comm.) Permittit etiam vexari puerum, ut ex hoc sciremus dæmonis impetatem, qui occidisset eum, nisi fuisset à Domino adjutus.

Sequitur: *Et interrogavit patrem ejus: Quantum temporis est ex quo ei hoc excidit? At ille ait: Ab infantia: & frequenter eum in ignem, & in aquam misit, ut eum perderet.* *Beda* (cap. 38. par. ante med.) Erubescat Julianus, qui dicere audeat omnes homines absque peccati contagione nasci in carne, tamquam innocentes per omnia,

nia, ut Adam quando creatus est. Quid enim habuit iste puer ut ab infantia dæmonio vexaretur acerbissimo, si nullo originalis peccati vinculo tenebatur: quia constitit illum adhuc proprium non habere peccatum? *Glossa*. (a) Exprimit autem in verbis suæ petitionis, fidei defectum: unde subdit: *Sed si quid potes, adjuva nos, miferus nostri.* Cum enim dicit, *Si quid potes*, manifestat se de ejus potentia dubitare: quia viderat filium suum à discipulis Christi curatum non esse. Dicit autem, *Miserus nostri*, ut designaret miseriam filii qui patiebatur, & patris qui compatiebatur.

Sequitur: *Jesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* *Hieronymus* (super *Et ait illi Jesus*). Libertatem arbitrii hoc indicat quod dicit: *Si potes*. Quæ autem sunt omnia quæ possibilia sunt credenti, nisi quæ in nomine Jesu, id est salutis, postulatur cum lacrymis? *Beda* (cap. 39. à medio). Aptum autem responsum Dominus dedit petenti: ipse enim ait, *Si quid potes, adjuva nos: & Dominus, Si potes, inquit, credere.* At contra leprosus, qui fideliter clamabat Matth. 8. *Domine, si vis, & potes me mundare*, congruum suæ fidei accepit responsum: *Volo mundare.* *Chrysoströmus* (hom. 58. in Matth. par. ante med.) Quod autem dicit, tale est. Tanta est virtutis apud me superabundantia ut non solum hoc possim; sed & alios hoc faciam operari: quare si credideris, ut oportet, & hunc ipse curare poteris, & alios multos. Sic ergo eum ad fidem reducebat (1) qui adhuc de infidelitate loquitur: unde sequitur: *Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis agebat: Domine, adjuva incredulitatem meam.* (2) Sed si crediderat dicens, *Credo*, quomodo subdit, *Adjuva incredulitatem meam?* Dicamus igitur, quoniam multiplex est fides, introductoria scilicet, & perfecta. Hic autem incipiens credere, Salvatorem deprecabatur ut apponeret reliquum ad suam virtutem. *Beda* (cap. 38.) Nemo enim repente fit summus; sed in bona conversatione à minimis quilibet inchoat, ut ad magna perveniat. Alia namque sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Quia igitur per occultam inspirationem gratiæ, meritorum suorum gradibus fides crescit, uno eodemque tempore si quædam perfecte crediderat, simul & credebat, & incredulus erat. *Hieronymus* (super *Omnia possibilia sunt credenti*). Per hoc etiam monstratur

quod credulitas nostra infirma est, nisi innoxia subsistat adjutorio subsidii Dei. Fides autem cum lacrymis optata voca caput: unde sequitur: *Et cum vidisset Jesus concurrentem turbam, comminatus est spiritum immundo, dicens illi: Surde, & mute spiritus ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introas in eum.* *Theophylactus* (circa med. Comm.) Ideo autem cum videret turbam concurrere, comminatus est spiritui immundo, (2) quia volebat coram turba curare, ut ostentationem fugere doceret. *Chrysoströmus*. (c) Quod autem comminatur, & dicit, *Ego tibi præcipio*, divinæ attribuitur potestati; quod vero dicit non solum, *Exi ab eo*, sed, *Et amplius non introire in eum*, ostendit quia ad reintrandum promptus erat, quia ille nondum erat in fide perfectus; sed hoc Domini iussio inhibebat. Sequitur: *Et exclamans, & multum discerpens eum exiit ab eo; & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent, quia mortuus est.* Non enim valuit mortem diabolus imponere propter veræ vitæ adventum. *Beda* (cap. 38. ad finem.) Quem autem hostis impius morti similem reddidit, hunc pius Salvator piæ dextere tactu salvavit: unde sequitur: *Jesus autem tenens manum ejus elevavit eum, & surrexit.* Ex quo sicut verum se esse Deum potentia salvandi docuit, ita & veram se habuisse carnis naturam more tactus humani declaravit. Negat namque (3) Manichæus insanus, veraciter eum carne indutum fuisse; sed ipse cum tot languentes suo tactu erexit, mundavit, illuminavit, heresim illius, & antequam nata esset, damnavit.

Sequitur: *Et cum introisset in domum, discipuli ejus secreto interrogabant eum: Quare nos non potuimus egerere?* *Chrysoströmus* (hom. 58. in Matth. circa med.) Timebant enim ne forte collatam sibi gratiam amississent: receperant enim potestatem jam spirituum immundorum.

Sequitur: *Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & jejunio.* *Theophylactus* (super *Hoc genus dæmoniorum*). Scilicet lunaticorum, vel simpliciter omnium dæmoniorum genus: oportet namque jejunare eum qui curari debet, & illum qui curat. Sic enim vera oratio perficitur, cum conjungitur orationi jejunium, quando non gravatur qui orat exemptione ciborum sed sobrius est. *Beda*. Mystice autem Dominus furtim discipulis mysteria regni reseat, deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat, & spiritus malos ab his qui ven-

(1) *Al.* quæ. (2) *Al.* volebat enim. (3) Quatuor alibi citata exempla habent Manes, præter Antiochiensem in quo est Mani.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Quod subjungitur ex Glossa, non est in ea quæ nunc extat.

(b) Victor Antiochenus. (c) Immo Victor Antiochenus ubi supra, verbis paululum immutat.

xantur expellit: nam carnales adhuc, & insipientes confortat, docet, castigat; (1) & perfectos liberius de aeternis in fruit. *Theophylactus* (à med. Comm. cap. 9.) Dæmon autem iste furdus, & mutus est: furdus, in quantum non vult Dei sermones audire; mutus vero, in quantum non vult alios quod concedens est docere. (2) *Hieronymus* (super *Et interrogavit*.) Peccator autem spumat stultitia, stridet iracundia, arefcit ignavia. Discerpi autem spiritus appropinquantem ad salutem; & similiter quos in ventrem suum trahere desiderat, discerpi per terrores, & damna, ut fecit Job. *Beda* (cap. 37. super illud, *Afferre eum ad me*.) Saepe enim dum converti ad Deum post peccata conamur, majoribus, novisque antiqui hostis, pulsamur insidiis: quod facit ut vel odium virtutis incutiat, vel expulsiōnis suæ vindictam injuriam. *Gregorius* 10. *Moral.* (cap. 27. super illud Job 12. „Lampas „contempta:“ cap. 17. in novis exempl.) Velut mortuus autem ostenditur qui à maligni spiritus potestate liberatur: quia quisquis jam terrena desideria subegit, vitam in se carnalis conversationis extinguit, (3) & mundo mortuus apparet: quem multi mortuum dicunt, quia qui spiritualiter vivere nesciunt, eum qui carnalia (4) bona non sequitur, extinctum fan-ditus arbitrantur. *Hieronymus* (super *At ille autem infantia*.) Per hoc autem quod ab infantia vexatus est, significatur gentilis populus, cujus à nativitate crevit cultus inutilis idolorum, ut sulte immolaret filios suos dæmoniis: unde dicitur, quod in ignem, & aquam eum misit: alii enim de Gentibus ignem venerabantur, alii aquam. *Beda* (cap. 38. super *Ab infantia*.) Vel in hoc dæmoniaco significatur quod qui originali culpæ reatu astricti (5) veniunt in mundum, Christi sunt gratia salvandi. Ignis autem ad fervorem iracundiae referendus est, aqua ad voluptates carnis, quæ dissolvere mentem per delicias solent. Non autem puero qui vim patiebatur, sed dæmoni qui inferebat comminatus est: quia qui peccantem emendare desiderat, vitium utique increpando, & execrando debet exterminare, sed hominem amando reformare. *Hieronymus* (super *Surdus, & mute spiritus*.) Imputat autem Domini spiritui quod homini præstat, dicens: *Surdus, & mute spiritus*: quia ille numquam audiet, nec loquetur (6) quod peccator premitens audit, & loquitur. Exiens autem dæmon ab homine, numquam revertitur, si homo cor suum seraverit clavibus humilitatis, & caritatis, & osium obtinuerit immunitatis. Factus est homo fan-

(1) Al. perfectionem, forte perfectiores. (2) Al. *Chrysofomus*. (3) Al. & modo. (4) Al. opera bona. (5) Al. veniunt in mundum rei, secundum gratiam salvandi. *Legit P. Nicolai* veniunt in mundum, non nisi secundum Christi fidem, & gratiam salvandi. (6) Al. omittitur quod.

tus velut mortuus: fanatis etenim dicitur *Coloss.* 3. „Mortui estis, & vita vestra abscondita „est cum Christo in Deo.“ *Theophylactus* (à med. Comm.) Sed si Jesus, id est evangelicus sermo, teneat manum, id est virtutem activam; tunc à dæmone liberabimur. Vide etiam quod primo Deus nos juvat, deinde requiritur à nobis quod bonum operemur: unde dicitur, quod *Jesus elevavit illum*, in quo ostenditur Dei auxilium; & *surrexit*, in quo monstratur hominis studium. *Beda* (cap. 38.) Dum autem docet Dominus Apostolos quomodo dæmon nequissimus debeat expelli, omnes instituit ad vitam; ut scilicet noverimus graviora quæque, vel inmundorum spirituum, vel hominum, tentamenta, jejuniis, & orationibus esse superanda: iram quoque Domini, cum in ultionem scelorum nostrorum fuerit accensa, hoc remedio singulari posse placari. Jejunium autem generale est non solum ab eis, sed à cunctis illecebris abstineræ carnalibus, immo ab omnibus vitiorum passionibus. Sic & oratio generalis non solum in verbis est quibus divinam clementiam invocamus, verum etiam in omnibus quæ in obsequium nostri conditoris fidei devotione gerimus, teste Apostolo qui ait 1. *Thess.* 5. „Sine intermissione orate.“ *Hieronymus* (super *Hoc genus dæmoniorum*.) Vel stultitia, quæ ad luxuriam carnis pertinet, sanatur; ira, & ignavia oratione depellitur. Medicina cujusque vulneris adhibenda est ei. Non sanat oculum quod calcaneo adhibetur. Jejunio passionis corporis, & oratione pestes sanandæ sunt mentis.

(d) *Theophylactus* (Mar. 9. à med. Comment.) Post miracula interponit Dominus sermonem de passione, ne putaretur quod involuntarie passus est: unde dicitur: *Et inde profecti prætergrediebantur Galileam*: nec volebat quemquam scire, id est se ibi esse. *Docet autem discipulos suos, & dicebat illis: quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum; & occidetur eum.* *Beda* (cap. 39. in princ.) Semper prosperis miscet tristitia, ut cum repente venerint, non terreant Apostolos; sed præmeditatis animis ferant. *Theophylactus* (à med. Comm.) Postquam vero dixerat, quod triste erat, tunc adjungit quod lætificare debet: unde sequitur: *Et occisus, tertia die resurget*: ut disceremus ex hoc, quod post angustias lætitiæ subsequantur.

Sequitur: *At illi ignorabant verbum, & timebant eum interrogare.* *Beda* (cap. 39.) Hæc ignorantia discipulorum non tam de tarditate ingenii, quam de amore nascitur Salvatoris, qui

carnales adhuc, & mysterii crucis, quem Deum verum cognoverant, mortuum credere nequibant; & quia per figuras eum loquentem saepe audire consueverant, horrentes eventum mortis ejus, etiam in eis quæ de sua traditione, ac passione aperte loquebatur, figurate aliquid significari volebant.

Sequitur: *Et venerunt Capharnaum.* *Hieronymus* (super *Et venerunt Capharnaum*.) Capharnaum dicitur villa consolationis: & congruit interpretatio ad prædictam sententiam, qua dixerat: *Et occisus, tertia die resurget.*

Sequitur: *Qui cum domi essent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis? At illi tacebant.* *Chrysofomus.* (a) *Matthæus* autem dicit cap. 19. quod accesserunt ad Jesum discipuli dicentes: „Quis putas major est in regno caelorum?“ Non enim ab initio narrationem incepit, sed tacuit de intelligentia Salvatoris circa discipulorum cogitationes, & dicta; quamvis posset intelligi quod ea etiam quæ seorsum cogitabant, aut dicebant, dicebant ad eum, quia omnia erant ei ita cognita ac si ad eum dicta fuissent. Sequitur: *Siquidem inter se in via disputaverant, quis esset illorum major.* Lucas autem dicit cap. 9. quod „cogitatio intravit in discipulos, quis „esset illorum major.“ Cogitationem enim & intentionem eorum Dominus ex illorum verbis manifestavit secundum historiam evangelicam. *Hieronymus* (super *Qui cum domi essent*.) Recte autem in via tractabant de principatu. Similis enim est hæc tractatio loco. Principatus enim sicut ingreditur, sic deserit; & quamdiu tenetur, labitur, & incertum est in qua mansione, id est in qua die, finiatur. *Beda* (cap. 39. non remote à princ.) Inde autem videtur orta disputatio discipulorum de primatu, quia viderant Petrum, Jacobum, & Joannem seorsum ductos in montem, secretumque eis ibi aliquid esse creditum; sed & Petro, secundum Matthæum, claves regni caelorum esse promissas. Videns autem discipulorum cogitationes Dominus, curat desiderium gloriæ humilitate sanare, & primatum non esse querendum, prius simplici humilitatis cominonet imperio: unde sequitur: *Et residens vocavit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus; & omnium minister.* *Hieronymus.* Ubi notandum, quod illi euntes disputabant, de principatu, ipse sedens docet humilitatem. *Principes S. Thom. Oper. Tom. VIII.*

(1) Al. extitit. (2) Al. omittitur ipso

Ex edit. P. Nicol. (a) Immo potius Victor Antiochenus ubi supra, paulo aliis verbis, & alia serie ordinatis. (b) *Beda.* Antithesis est illius dicti quod ex *Beda* jam superius notatum est, Christum scilicet commovere simplici humilitatis imperio, primatum non esse querendum. Prius autem nomine *Beda* prætermisso, ut ex *Theophylacto* notabatur. (c) Immo potius Victor Antiochenus ubi supra, copiosius tamen, & pluribus aliis interjectis,

enim laborant humiles quiescunt. *Chrysofomus.* Appetebant quidem discipuli honores habere à Domino; desiderium etiam eis inerat ut magnificarentur à Christo: quanto enim quis major est, tanto majoribus honoribus dignus existit: propter hoc non eorum desiderium impeditur, sed humilitatem introduxit. *Theophylactus* (super *Si quis vult esse primus*.) Non enim vult ut usurpemus nobis primatus, sed per humilitatem altitudinem consequamur. (b) Mox autem monet eos innocentia puerilis exemplo: unde sequitur: *Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum.* *Chrysofomus* (homil. 59. in *Matth.* ante med.) Ipso visu eis persuadens humiles esse; & simplices: etenim ab invidia, & vanâ gloria parvulus mundus (1) existit, & à consequendo primatum. Non solum autem ait, Si tales efficiamini, mercedem magnam accipietis; sed & si alios tales honorabitis propter me: unde sequitur: *Quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis unum ex his infimidi pueri recipit in nomine meo, me recipit.* *Beda* (cap. 39. super *Statuit eum in medio*.) In quo vel simpliciter pauperes Christi ab his qui voluere esse majores, pro ejus ostendit honore recipiendos; vel malitia parvulus (2) ipsos esse suadet, ut simplicitatem sine arrogantia, caritatem sine invidia, & devotionem sine iracundia conservent. Quod autem complectitur puerum, significat humiles suo dignos esse complexu, ac dilectione. Addidit autem, *In nomine meo*, ut formam virtutis quam, natura duce, puer observat, ipsi pro nomine Christi rationis industria sequantur. Sed quia se in pueri recipi docebat, ne putaretur hoc esse solum quod videbatur, subiunxit: *Et quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui me misit*: talem se utique ac tantum credi volens, qualis & quantus est Pater. *Theophylactus* (à medio Comm.) Vide quantum valent humilitas, Patris namque, & Filii inhabitationem mereatur, & etiam Spiritus Sancti.

(e) *Beda* (cap. 39. super *Magister vidimus*.) Joannes præcipua devotione Dominum amans, excludendum beneficio putavit eum qui non recte utatur officio: unde dicitur: *Respondit illi Joannes dicens: Magister, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum.* *Chrysofomus.* (c) Multi enim credentium charismata receperunt, nec

tamen cum Christo erant; qualis erat hic qui demones eiciebat: non enim omnes ad omnia (1) ordinate se habebant: alii enim erant puræ vitæ, fidem autem tam perfecte non habebant: alii vero e contrario. *Theophylactus* (inter med. & fin. Comm.) Vel etiam quidam increduli videntes nomen Jesu virtuosum, dicebant & ipsi hoc nomen, & signa faciebant, licet divina gratia essent indigni: volebat enim Dominus etiam per indignos nomen suum ampliare. *Chrysofomus*. (a) Non autem zelo, seu invidia motus Joannes prohibebat illum qui demones expellebat, sed volebat quod omnes qui nomen Domini invocabant, sequerentur Christum, & essent cum discipulis unum. Sed Dominus per hos qui miracula faciunt, licet sint indigni, alios provocat ad fidem, & ipsosmet per hanc ineffabilem gratiam inducit ut fiant meliores: unde sequitur: *Jesus autem ait: Nolite prohibere eum. Beda* (cap. 39. in Mar.) In quo docet neminem à bono quod ex parte habet, esse arcendum; sed ad hoc potius quod nondum habet, esse provocandum. *Chrysofomus*. (b) Decenter autem eum non esse prohibendum ostendit consequenter dicens: *Nemo est enim qui faciat virtutes in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Hoc autem dicit propter eos qui in hæresim ceciderunt, quales erant Simon & Menander, & Cerintus: neque enim illi in nomine Christi miracula faciebant; sed deceptionibus quibusdam facere videbantur. Isti vero, etsi non sequuntur nos, non tamen contra nos aliquid firmiter dicere valebunt, eo quod honorant in operando virtutes nomen meum. Theophylactus* (super *Ne prohibeatis illum*.) Qualiter enim male de me loquitur qui ex nomine meo occasionem gloriæ habet, & per hoc quod ipsum invocat, miracula operatur?

Sequitur: *Qui enim non est adversus vos, pro vobis est. Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 4. cap. 5. parum à princ.) Videndum est, ne hoc illi sententiæ Domini videatur contrarium, ubi ait (Luc. 11.) „ Qui mecum non est, adversus me est.“ An hoc interesse aliquis dicat, quia hic discipulis ait: *Qui non est adversus vos, pro vobis est*; ibi autem de seipso locutus est: „ Qui mecum non est, adversus me est.“ quasi non possit cum illo non esse qui discipulis ejus tamquam membris ejus sociatur. Alioquin quomodo verum erit: „ Qui vos recipit, me recipit.“ Matth. 10. Aut potest etiam non esse adversus eum qui fuerit adversus discipulos suos? Nam ubi erit illud: „ Qui vos spernit, me sper-

(1) Al. ordinare. (2) Al. & cum illo esse, in quantum, &c. (3) Al. omittit eis.  
EX EDIT. P. NICOL. (a) Et hoc rursus Victoris Antiocheni potius est; quamvis eadem fere Theophylactus habet. (b) Sive iterum Victor Antiochenus ubi supra. (c) Colligitur potius ex Victore Antiocheno ubi supra, æquivalenter, vel expresse, licet serie paululum impunita.

cedant. *Chrysofomus*. (a) Et ne quis paupertatem alleget, ponit illud quo non contingit egere, scilicet calicem aquæ frigidæ; pro quo etiam consequetur mercedem. Non enim pretium danti, sed dignitas recipientium, & affectus dantium facit opus dignum mercede. Non solum autem recipiendos discipulos verbo ostendit ex mercede quam aliquis (1) consequitur, sed etiam quia retrahitur à tormento. Sequitur: *Et qui scandalizaverit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo ejus, & in mare mitteretur; quasi dicat: Si qui vos propter me honorant, mercedem habent; sic & inhonorantes, idest scandalizantes, ultimam accipient ultionem. (2) Ex manifestis autem nobis tormentum describit intolerabile, faciens mentionem molæ; & submersionis: & non ait, Mola suspendatur in collo, sed Bonum est ei hoc sustinere, demonstrans quoniam eum gravius aliquod malum expectat. Pusillos autem in se credentes dicit (3) eos qui invocant nomen ejus, non solum sequentes; etiam eos qui calicem frigidum offerunt, & non operantur alia majora. Istorum autem neminem vult scandalizari, neque supplantari: hoc enim est prohibere nomen ejus invocare. *Beda* (cap. 39. in Mar.) Recte autem qui scandalizari potest, pusillus appellatur: qui enim magnum est, quodcumque passus fuerit, non declinat à fide; qui autem pusillus est animo, & parvus, occasiones quaerit quo scandalizetur. Propterea oportet nos maxime his consulere qui parvi sunt in fide, ne occasione nostri offendantur, & recedant à fide, ac decedant à salute. *Gregorius* super Ezech. (hom. 7.) Notandum tamen, quod in nostro bono opere aliquando cavendum est scandalum proximi, aliquando autem pro nihilo contemendum. In quantum enim sine peccato possumus vitare proximi scandalum, debemus; si autem de veritate scandalum ponitur, utilius permittitur scandalum nasci, quam veritas relinquatur. *Gregorius* in Pastor. (1. part. cap. 2.) Mystice autem in mola asinaria secularis vitæ circuitus, ac labor exprimitur, & per profundum maris extrema damnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus, vel verbo ceteros destruit, vel exemplo, melius profecto*

erat ut hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta confringerent, quam sacra officia in culpa ceteris imitabilem demonstrarent: quia nimirum si solus caderet, utcumque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaretur.

(f) *Beda* (cap. 39. in Mar.) Quia supra docuerat Dominus ne scandalizarem eos qui credunt in eum, nunc consequenter admonet quantum cavere debeamus eos qui scandalizare nos, idest verbo, vel exemplo suo ad ruinam peccati propellere, certant: unde dicitur: *Et si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam. Chrysofomus*. (b) Non de membris hoc dicit, sed de propinquis amicis, quos quantum ad necessaria in membrorum ordine nos habemus: nihil enim tam nocivum ut perniciosam societatem. *Beda* (cap. 39.) Manum quippe nostram appellat necessarium amicum, cujus auxilio quotidianum opus habemus; sed si talis nos ledere in causa animæ voluerit, excludendus est à nostra societate, ne si cum perditio in hac vita partem habere volumus, simul in futuro cum illo pereamus: unde sequitur: *Bonum est tibi debilem intrare in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem. Glossa*. (c) Debilem dicit adjutorio alicujus amici privatum: nam melius est absque amico ire in vitam, quam cum eo ire in gehennam. *Hieronymus* (super *Bonum est tibi*.) Vel aliter. *Bonum est tibi debilem ingredi in vitam*; idest, sine cupito principatu, quam duas manus habentem. Duæ manus principatus sunt humilitas, & superbia. Abscinde superbiam, tenens humilem principatum. *Chrysofomus*. (d) Deinde testimonium propheticum ex Esaia Propheta inducit dicens: *Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur*. Non sensibili verme hoc dicit, sed vermem conscientiam vocat mordentem animam, quod non sit operata bonum. Unusquisque enim sui ipsius accusator fiet, rememorans quæ gessit in vita mortali; & sic eorum vermis immortalis permanet. *Beda* (cap. 39.) Sicut autem vermis est dolor interius accusans, sic ignis est pœna extrinsecus sæviens. Vel in verme putredinem gehennæ, sicut in igne ardorem designat. *Augustinus* 21. de Civitat. Dei cap. 9. Utrumque autem horum, ignem scilicet, ac vermem, qui volunt ad animæ pœnas, non ad

(1) Al. sequitur. (2) In margine citata Nicolini editionis legitur: Hæc habentur à Chrysofomo hom. 59. in Matth. circa med. (3) P. Nicolajus ponit & eos quoque qui invocant nomen ejus, etiam si cum non sequentes; immo etiam eos qui calicem, &c.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Vel potius iterum ex Victore Antiocheno colligitur; etsi aliquid horum Chrysofomus habet homil. 36. in Matth. & similia quadam Theophylactus. *De Theophylacto jam notaverat ad marginem editio Veneta Nicolini*. (b) Hom. 60. in Matth. Eadem quoque habet Victor Antiochenus super hunc locum. (c) Non sic in Glossa quæ nunc extat; sed hoc potius quod ex Beda proxime relatum est, vel etiam in Glossa interlineali. (d) Quod autem subjungitur ex Chrysofomo, est Victoris Antiocheni ubi supra.

ad corporis pertinere, dicunt etiam uri dolore animæ, sero, ac infructuose penitentis, eos qui fuerint à regno Dei separati: & ideo ignem pro isto dolore urente non incongrue poni posse contendunt, secundum illud Apostoli 2. Cor. 11. „ Quis scandalizatur, & ego non uror? “ Eundem etiam (1) dolorem vermem putant intelligendum esse, secundum illud Prov. 25. „ Sicut tinea vestimentum, & vermis lignum, sic mæror ex cruciat cor viri. “ (2) Qui vero pœnas, & animæ, & corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne uri corpus, animam vero rodi quodammodo verme mæroris asserunt, quod etsi credibilis dicitur, quia utriusque absurdum est ibi dolorem aut corporis, aut animæ defuturum; ego tamen facilius existimo ut ad corpus utrumque dicam pertinere quam neutrum: & ideo tacitum esse in istis Divinæ Scripturæ verbis animi dolorem, quia consequens esse intelligitur ut corpore dolente animus quoque crucietur. Eligat ergo quisque quod placet: aut ignem tribuere corpori, animæ vermem, hoc proprie, illud tropice; aut utrumque proprie corpori. Possunt enim animalia etiam in ignibus vivere, in tustione sine consumptione, in dolore sine morte per miraculum potentissimi Creatoris.

Sequitur: *Et si pes tuus scandalizat te. Bēda* (cap. 39. in Marc. à med.) Pes amicus dicitur propter ministerium discursus, quasi (3) nostris usibus accommodatus. Sequitur: *Quod si oculus tuus scandalizat te. Oculi dicitur amicus utilis, atque sollicitus, & acutus ad perspicendum. Augustinus de Con. Evang. (Lib. 4. cap. 6. à med.)* Hic profecto apparet quod illi qui nomini Christi sunt devoti, & priusquam Christianorum numero socientur, utiliores sunt quam hi qui cum jam Christiani appellantur, & Christianis Sacramentis imbuti sint, talia suadent ut eos quibus ea persuaserint, secum in æternam pœnam pertrahant: quos membrorum corporalium nomine, tamquam manum, vel oculum scandalizantem, jubet erui à corpore, hoc est ab ipsa unitatis societate, ut sine his potius veniatur ad vitam, quam cum eis eatur in gehennam. Hoc ipso autem separantur à quibus separantur quod eis mala suadentibus, hoc est scandalizantibus, non consentiunt. Et si quidem omnibus bonis, (4) cum quibus eis societas est, de hac perveritate innotescunt, ab omni penitus societate, atque ab ipsa divinorum sacramentorum participatione separentur. Si autem quibusdam ita non sunt, pluribus autem ista eorum est ignota perveritas, ita tolerandi sunt ut neque illis ad iniquitatis communionem consentiatur, neque propter illos bonorum societas deferatur. *Bēda* (cap. 39. à medio illius.) Quia vero Dominus tertio mentionem vermis, & ignis fecerat, ut hoc valeamus evitare tormentum, subdit: *Omnis enim igne salietur.* Fœtor enim vermium de corruptione solet nasci carnis, & sanguinis; ideoque caro recens sale conditur, ut exsiccat humore sanguineo, vermescere nequeat. Et quoniam quod sale salitur, vermibus putredinem ardet: quod vero igne salitur, id est ignibus sale aspersis reconditur, non solum vermes abjicit, sed ipsam quoque carnem consumit. Caro ergo, & sanguis vermes creat; quia delectatio carnalis, cui condimentum continentie non resistit, pœnam luxuriosis generat æternam: cuius fœtorem quisquis vitare desiderat, & corpus sale continentie; & mentem fluideat condimento sapientie ab erroris, & vitiolorum labe castigare. Sal enim dulcedinem sapientie, ignis Spiritus Sancti gratiam designat. Dicit ergo: *Omnis igne salietur:* quia omnis electus sapientia spirituali debet à corruptione concupiscentie carnalis expurgari. Vel ignis est tribulationis, quo patientia fidelium, ut perfectum opus habere possit, exercetur. *Chrysostomus.* (a) Simile autem est huic quod dicit Apostolus 1. Corinth. 3. „ Uniuscujusque opus quæ, le sit ignis probabit. “

(1) *Al. deest* dolorem. (2) *Al.* Qui si pœnas, &c. (3) *Al.* in nostris. (4) *Al. deest* cum: item cum quibus eis notitia est.

Ex edit. P. Nicol. (a) Quod autem subiungitur ex Chrysostomo, est Victoris Antiocheni ubi supra.

de quo subditur: *Bonum est sal,* id est ignis dilectionis. (a) *Quod si sal insulsum fuerit,* id est seipso privatum, & propria qualitate, per quam dicitur bonum, in quo illud conditum? Sunt enim sales sal habentes, qui scilicet habent gratie plenitudinem; & sunt sales sal non habentes: qui enim non sunt pacifici, sal sunt insulsum. *Bēda* (cap. 39. paulo ante finem.) *Vel bonum est sal,* bonum est Dei verbum audire frequentius, & sale sapientie spiritualis cordis arcana condire. *Theophylactus* (circa finem Comment.) Sicut enim sal carnes conservat, & vermes eas non sinit generare; sic & sermo doctoris, si desiccatus erit, carnales homines constringit, & in eis inextinguibilem vermem non sinit generari; si vero sit insulsum, id est si virtutem desiccavim, & conservativam non habeat, in quo condietur? *Chrysostomus.* (b) *Vel secundum Mathæum,* discipuli Christi sunt sal, qui totum orbem conservant, resistentes putredini, quæ est idolatria, & fornicatione peccatorum. Potest etiam intelligi quod unusquisque nostrum habeat tantum salis quantum capax est Dei gratiarum: unde & Apostolus conjungit gratiam sali, dicens Colof. 4. „ Sermo vester sit in gratia sale conditus. “ Sal etiam est Dominus Jesus Christus, qui fuit sufficiens totam terram conservare, & multos in terra fecit sales: quorum si aliquis mæscerit (possibile est enim & bonos in putredinem transmutari) dignum est ut foras mittatur. *Hie-*

*ronymus* (super illud, *Bonum est sal.*) Vel aliter. Sal insulsum est qui amat principatum, & increpare non audet: unde sequitur: *Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos:* ut scilicet falsedinem correptionis amor proximi temperet, & dilectionem proximi sal justitie condit. *Gregorius* super Ezech. (c) (ubi supra.) Vel hoc dicitur contra quosdam, quos dum major (1) scientia erigit, à cæterorum societate disjungit, & quo plus sapiunt, eo à concordie virtute respiciunt. *Gregorius* in Pastor. (2. part. cap. 4.) Qui etiam loqui sapienter nititur, magnopere metuat ne ejus eloquio audientium unitas confundatur: ne dum sapiens videri desiderat, unitatis compagem insipienter abscindat. *Theophylactus.* Vel qui constringit se vinculo dilectionis ad proximum, hic sale habet, & ex hoc pacem cum fratre suo. *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 4. cap. 6.) Hæc Marcus Dominum locutum fuisse contextim commemorat; & aliqua posuit quæ nullus alius Evangelistarum posuit, alia vero quæ Mathæus quoque posuit, & aliqua quæ Mathæus, & Lucas; sed illi ex aliis occasionibus, & in alio rerum ordine: unde mihi videtur etiam hoc loco Dominum (2) ideo dixisse quæ aliis locis dixit, quia satis pertinebant ad hanc ipsam ejus sententiam, qua vetuit prohiberi virtutes in nomine suo fieri, etiam ab illo quicumque discipulis eum non sequebatur.

(1) *Al.* conscientia. (2) *Al. deest* ideo.

Ex edit. P. Nicol. (a) Hanc Appendicem Victor Antiochenus ubi supra non habet; quamvis ex illo tantum cætera desumpta sint, sed alia serie; nec occurrit unde sit sub his verbis, licet ab eodem Victore, ac Theophylacto aliquatenus indicetur. (b) Partim ex illo in Matth. hom. 15. partim ex Victore Antiocheno super hunc locum, & ex Theophylacto super eundem colligitur, sed non iidem verbis. (c) Immo potius libro de Cura Pastoralis, part. 3. admonit. 23. licet aliquid huic pertinens habeat hom. 4. & 8. super Ezech. aliis verbis.

## CAPUT X.

(a) **ET** inde exurgens, venit in fines Judææ ultra Jordanem; & conveniunt iterum turbae ad eum; & sicut consueverat, iterum docebat illos. Et accedentes pharisæi interrogabant eum, si licet viro uxorem dimittere, tentantes eum. Et ille respondens dixit eis: *Quid vobis præcepit Moyses?* Qui dixerunt: *Moyse permisit libellum repudii scribere, & dimittere.* Quibus respondens Jesus ait: *Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.* Ab initio autem creaturæ, masculum, & foeminam fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo patrem suam, & matrem, & adhærebit ad uxorem suam, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipulorum ejus de eodem interrogaverunt eum. Et ait illis: *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam; & si uxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, moechatur.*

(b) Et offerebant illi parvulos, ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Jesus, indigne tulit; & ait illis: *Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim est regnum Dei.* Amen dico vobis, quisquis